

/ Admodum Reverende D/ne Abba

Tandem impetravi a Summo Pontifice litteras Apostolicas in forma Brevis, quibus etiamsi non potui obtinere ut sub poena excommunicationis prohiberentur omnes impedire tam sanctam reformationem, tamen impetravi, ut laudaretur reformatio et exterrerentur, qui conarentur impedire; Admodum R.P.V. recipiat conatum meum et meminerit orare pro me. Datum Romae 14 Aprilis 1615.

Admodum R.P.V.

Frater in Christo

10 Robertus Cardinalis Bellarminus.

---

Ms. de la Bibl. de Namur, publ. dans Revue bénédictine XIII(1896) p.262  
(cf. lettre du 18 nov. 1614)